



**Clarissimi Viri Henr. Zoesii Amersfortii, In Academia  
Lovanensi I. V. D. Et Antecessoris Commentariis In Jus  
Canonicum Universum, Sive Ad Decretales Epistolas  
Gregorii IX. P. M.**

**Zoesius, Hendrik**

**Coloniae Agrippinae, 1691**

Titulus XX. De Donationibus inter virum & uxorem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62329](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62329)

Ut propter illicitas concupiscentias, ad quas alter per alterum trahitur, recte se separat alter,  
d. can. Idololatria, Barbosa d. p. 2. num. 29. &  
30.

26 Quæstio autem est, An prædicti casus perpetuum ponant divortium, hoc est, an cessante divortii causa, non tencatur alter alterum recipere? Resp. Non ponere divortium perpetuum, sed tantum eo usque durare, donec ejus causa durat, ideoque ea cessante teneri conjugem ad alterum reverti. Nihil obstante, quod dictum, ex causa fornicationis perpetuam esse separationem, cum per eam amiserit coniugis jus suum; ut innocens non tencatur alterum recipere etiam emendatum, uti dictum suprà. Ratio est, quod causa ista directè sit contra conjugii naturam, ut ejus effectus sit perpetuus: in his autem casibus extrinsecus adveniat, atque ita minor, eisque proinde effectus, qui causæ suæ est commensurandus, similiter minor, sedicet temporalis tantum, donec duret causa, ut per eam jus conjugale non tam sit amissum, quam ejus executio suspensa temporaliter, Barbosa d. p. 2. num. 18. Sanchez 10. Diisp. 15. num. 2.

27 Consequitur quæritur, An & divortium ex causa hæresios sit temporale? R. Distingui in cap. De illa 6. b. 1. an ante sententiam alter conjugum decesserit, an post eam: illo casu conjugem resipiscerent esse recipiendum, hoc vero alteri liberum esse non recipere; non tantum si innocens intraret Religionem, quod ei permisum, c. fin. sup. de convers. conjug. sed & si in seculo permanferit d. c. 6. in fine ubi indistinctè dicitur, nullatenus compellendum alterum recipere. Nec recte quis dixit, non tenere quidem conjugem fidem Religionem ingredi volentem recipere reversum, nolentem autem ingredi tenebram ad unum solum casum non est ibi coactata facultas in divortio permanendi; cum ideo fidelis habeat licentiam ingrediendi, etiam altero in vitro, licet per Ecclesiam recepto, quia alter propter hæresim, in quam lapsus, privatus est iure exigendi debitum & cohabitandi, c. fin. in fine inf. de heret. Ratio distinctionis est, quod, cum perpetua debiti denegatio sit pœna hæresios, non debeatur ante sententiam, c. cum secundum de heret. in 6, ut ante necdum sit al-

teri quæstum perfectum jus, quod denuntiantem quæritur, & invito non effundit. Posse autem Ecclesiam fuerit hoc, ex eo patet, quod posit ipsiuscum, bonorum, famæ, vita amissione maturatur. Non obstat, quod dictum modo, per separationem causari tantum per illum; nam hoc accipiendum secundum conjugij, uti dictum, cum hic non immixtus proprius ex hæresi ponatur separatio, et sententiam, quam tamquam pœnam corrigit. Ubi non erit opus per sententiam declaretur separatio; fatis enim elibet tamquam hæreticus, quam damnatur privativo iurium. Vid. Covar. 5. 5. num. 5. Barbosa d. p. 2. n. 20. Sanchez 15. num. 15. & seqq.

Postremò queri posset, An ad separationem opus sit auctoritate Judicis? Resp. In per c. 3. b. 1. etiam si causa sit notoria, in quid temeriter fiat, & evitetur scandalum ita notoria fuerit, ut nulla tempore ceclari possit, non videtur ea auctoritas esse, cum causalita notoria facilius non temeriter videri spoliatum. Cor. 1. num. 12. & alii, quos allegat Sanchez 10. num. 13. Posset etiam quis propter hominem sibi cognitam denegare alteri tempore conjugale propria auctoritate, glo. in p. de adul. cum actus ille sit privatus, non scandulum. Idem dicendum de leviori quoad thorum & cohabitationem, si ipsum fuerit in mora, & non sit faciliter Judicem.

## TITULUS XX.

De Donationibus inter virum & uxorem.

## SUMMARIUM.

1. *Donationes inter conjuges cur & quando prohibita.*
2. *Transferunt possessionem rerum donatarum ius fructuum percipiendorum.*
3. *Dos & donatio propero nuptiarum possessorum quibus resistui debet.*

4. Mulier à marito expulsa, vel ejus sevitiam fugiens, fornicata an amittat donem?

5. Dotis marito adjuicata repetitio an competit uxori, marito postea in adulterium lapso?

6. Amittitur & dotalitium ex causa adulterii.

7. Ex causa heresios dos cedit fisco.

8. Proprietas dotis & donationis propter nuptias cedit liberis superstitibus.

**S**olutio matrimonio quoad vinculum, per motem, aut per declarationem, quia nulliter de facto contractum, five quod thorum, ex causis superius allegatis, queritur, quid sit juris in donationibus inter conjuges factis, & in dote, & in donacione propter nuptias.

Quantum ad donationes inter conjuges stante matrimonio factas non est magna quaestio, cum iure non subsistant, D. & C. de donatione inter virum & uxorem, ita postulante, tum honestate, ne conjugalis amor videatur pretio conciliari, tum utilitate, ne conjuges mutuo amore se spoliem, profusa erga se liberalitate, l. 1. & 2. d. c. fin. b. t. Quod accipendum, quatenus alter sit pauperior, alter dicitur: quae duo concurrent debent, alias cessaret probatio. Hinc sepulta causa datum conjugi tenet, l. 3. §. concessa D. eod. qualicet expenditio de suo, non tam in ideo alter, quia non expenderit, tam factus ditione censetur, quam non pauperior. Hinc & non incidit in prohibitiōnem repudiatio legati aut hereditatis per alterum conjugem in favorem alterius, l. 5. §. si maritus: D. eod. Per quam licet alter fiat ditione, non tam in repudiis pauperior, l. 6. D. que in fratre, cred, cum legatum aut hereditatis, antequam acceptetur, non sit in bonis. Plures casus videantur, D. b. t. n. 10.

2. Non sunt tamen ira inutiles istae donationes, quia transferant rerum donatarum possessionem aliquam in acceptum, eumque faciente fructus industriaes saltem percipiendo suos facerunt, l. fructus 45. D. de usuris, l. 1. §. si vir uxori D. De adquir. possess. & praeterea morte subsecuta confirmantur, d. c. fin. b. t. & l. Donationes 25. C. eod. Non alias tamen, secundum communem opinionem, quam si traditio intervenient juxta text. in l. Papinianus 23. D. b. t. Vetus obicit Nov. Sacra forma transmis. 162. §. 1. ubi dicitur, solum mariti silentium

confirmare donationem mulieri factam, etiam si nulla intervenient traditio; qua de re latius D. h. t. num. 24. Ethoc nisi ante in ore revocata fuerit, expressè vel tacite, d. c. fin. b. t. ut licet, cum donatio hæc sit imperfecta, & demum morte consumetur atque omnime domum sui perectionem cosequatur, ut ante revocari possit. Nisi iuramento fuerit confirmata, quod servandum, cum non vergat in detrimentum animæ jurantis, nec tertii, & prohibito tantum privatam causam concernat, nihil verò mali moris includat. Censebitur etiam revocata, si is, cui donatum, prius naturæ debitum persolvat, d. c. fin. cum tantum ejus persona sit electa, non etiam hereditis, ut in legatis.

Quantum ad ditem & donationem propriae nuptias post divorzium, utraque redit: illa ad mulierem, ejusve partem, aut heredes, quia cessat causa, propter quam penes maritum remanere debeat; hæc ad maritum, ejusve heredes: nisi aliter fuerit convenitum aut alia sit confuetudo, c. 2. & fin. b. t. Cessante & ejus causa, cum sit inducta in dotis securitatem. Adquisita vero tempore matrimonii & qualiter sunt dividenda, d. c. 2. b. t. quam ramen rem non raro loci conseruando immutatur; & ut aliter se habeat, faciunt pacta mutua, d. c. fin. in fine. Obtinet & haec restitutio in matrimonio putativo, bonâ fide contracto. Quod addo, nam mala fides faceret donationem hanc & ditem publicari, uti dictum supra Tit. 14. Si mulier divorzium dederit per adulterium, dos committetur, & marito cedet, c. Plerumque 4. b. t. l. Consensu 8. C. De repudia, idque propter injuriam, quam mulier adulterando marito infert. Nisi tamen vi compresa fuerit, quis tunc est extra culpam, aut lenocinio mariti adulterata, l. Viro 39. l. Cum muliere 47. D. Solutio marim. cum frustra improbet mores, quos ante probavit, & puniat actum, cui dedit auctoritatem. Idem euit, si decepta alium admiserit, quem maritum esse purabat; si maritum mortuum credens alii se coniunxerit: quibus casibus ut deest culpa, ita & adulterium formale, ut dicimus inf. De adulst.

Quid si expulsa domo a marito, aut ejus sevitiam fugiens fuerit adulterata? Resp. Posse

LII 3

qui-

quidem videri, non amitti isto in casu dotem, ne ex sua malitia commodum reporter: verius ramea dorem amitti, & marito cedere, propterea quod ejusmodi causa sit tantum remota, nec ordinata ad adulterium, ut viro non impunitur ille effectus, l. non omnes 38. D. de statu lib. Facit, quod mulier quidvis potius admittere deberet, quam alteri date sui copiam, c. *sacris sup. de his qua vi.* Facit & text. in c. *significasti sup. de divor.* ubi non cogitur maritus recipere expulsam, qua deinde fuit adulterata; quod tamen fecus se haberet, si expulso foret causa adulterii. *Barbola ad l. p. i. in princ. num. 7.* D. *Solutio matrim.* & dixi D. Ad L. Iul. de adult. num. 47. Quo loco & alia spectantia ad hanc materiam satis copiosè tractata sunt: veluti hanc dotis amissionem non procedere propter oscula, aliove impudicos lusus aut tactus n. 41. Procedere tantum quoad dotem, nec trahi ad bona paraphernalia, id est quae præter dotem penes mulierem sunt ( *Physyn enim Graecis dos est*) nu. 30. Hæredes post mortem marii non recte intentare hanc actionem n. 34. Nec eam trahi ad viduam, soluto per mariti mortem matrimonio, impudicè viventem, num. 33. Adulterium filiæ patri hodie non obesse, num. 36. Non cedere dotem marito, qui uxorem in adulterio deprehensam occidit, num. 50. & D. *Solutio matr.* num. 32 Spontaneam reconciliacionem & remissionem noxæ inducere remissionem dotis, n. 52. Denique uxorem putatiam adulteratam postea detecto impedimento; dotem amissam repetere posse tamquam ex falsa causa adjudicaram; quae tamen controversa quæstio est, & contraria opinio ferè communis recepta, n. 37.

Illud hic restat querendum, An commissio dotis resolvatur, competatque ejus repetitione uxori, marito postea lapsu in adulterium? R. Lite pendente si actor in adulterium labetur, habere locum axioma, mutua compensatione delicta tolli. Ut commissio à se adulterio male perget agere ad divortium & dotis commissiōnem, cum ad neutrum ei actio competat, quippe sublata per compensationem, etiam si in judicium non sit deducta, cum improbe videatur improbase mores in coniuge, quos in se probat. Quod omnino procedit in foro interno. Si post latram sententiam di-

votii & commissionis dotis actor in casu simile crimen, vult quidem Gloriosa inf. de adul. compensati etiam eo calamo ter, atque ita dimissio conjugi compensationem alterius jure actions. In parte videtur facere c. fin. & c. ex litteris, ubi post celebratum divorvum, si alio nicetur, compellitur reverti ad dimissum ex alia ratione, quam quod adulterio consentitur non minus, si alterius cognoscatur, quam si simul contingat. Non probabile tamen est, conjugi coadvenienti alterius adulterio non ante de novo actionem ad dotem que, finita in perpetuum non revivescit, casu superveniente, l. quires 98, & nullus solus nec mutatur, quod recte nihil superveniente dicto. l. 2. D. *De matrimonio privato.* Nec obstat d.c. fin. neque de alio, nam loca ista loquuntur in casu, quando separatio facta per sententiam, ut operari obviu, atque ita interpretari possit. Quod de compensati alieno dicendum, eam non procedere, nisi quod alterius fornicatio sententiam divisa exceptione rei judicata obster obligatio compensationem. Et quanvis officio inimicata partes reconciliare, ad evitandum periculum fornicationis, nihil timeret, ut dotis restituitionem spectare videret.

Dicitur de amissione dotis ex casu adulterio procedent multè magis in amissionem d.c. 4. b. 2. quod alii vocant donationem ter nuptias, alii vero id, quod patet manet post mortem mariti, expedito tuto, ut dictum supra eod. quod metu possum & res suas amirat.

Quantum ad causam hæreos, illud facit marito cedere dotem, sed filio, sicut tam in conjugem, quam in Remppoli frumentatum, ut ab ea merito vindicetur. l. 3. D. *de bonis dannat.* ubi ob crimen laicorum jeftatis filio dos additur item c. *Progenies de haret.* ubi simpliciter filio bona heretorum deferuntur. Covari. hic p. 2. c. 7. f. 3. a. 1. seg.

Denique quod dictum de commissione dotis & donationis proper nuptias, quod dat innocentem, verum est etiam quod posse

prietatem : nisi super sint liberi , sive ex isto matrimonio , qui parte sunt potiores , ut iis sit servanda proprietas , solo usufructu remanente apud innocentem , sive etiam ex priori matrimonio , cum text. in Nov. 117. §. quia vero plurimas & lib. 8. §. si vero C. de re-  
pad. indistincte dicat , si filios non habeat : sunt autem filii , qui extant ex priori matrimoni o nati , quibus prajudicare mulier non potuit.

## TITULUS XXI.

De Secundis nuptiis.

## SUMMARIUM.

1. Nuptia secunda, tertia & ulteriores hodie licita.
2. Para secundo nubentium an hodie cessent.
3. Nuptia iterata an benedicenda?
4. Non iteranda , nisi constet de morte conjugis.
5. Testis unus an probet hac in materia?
6. An fama sufficiat?
7. Priori conjugi reverso, quid juris?

**H**AEC TONUS de primis nuptiis : de secundis subicitur , que licet fornicari vocentur , secundum veritatis rationem , in can. hac ratio- ne XXXI. q. 1. Deo tamen permitemente , propterea hominum incontinentiam , licet inueniatur non tantum secunda , sed & tertia , & ultra. Unde non damnatur in Eccl. ha bigamia . nec tri- gamia , nec ultra , can. Aperiunt , can. Quod si XXXI q. 1. sed damnatur Monianisti , & alii heretici , stulta quadam perversio contraria um ad serences. cap. ult. & pen. hoc tit. Ratio hujus rei est , quod conjux solitus legibus prioris matrimonii habeat potestatem nubendi cui velit , à Deo sibi permisam , teste Apostoli etiam statim à morte alterius , d. cap. pen. & fin. Adeo ut mulier infamiam , quam per leges ci- viles incurreret , nequum enixa partum intra annum luctus nubens , hoc jure evadat ex ratione , quod puniri non debet , qui agit lege permis- te , & ponam non mereatur , qui extra cul- pam est , qualis est potestate sibi concessa u- sens ,

Ubi queritur , An & aliae poenae propositae per leges secundum subiectibus sint dicendae hoc jure cessare? Respondendum. Dicta Capp. tantum loqui de sublata infamia , ut possit videri reliqua poenae civiles in suo rebore per- manere : verius tamen , poenas qualcumque , quae infra annum luctus iteranti nuptias sunt situtae a jure civili , & continent merari poe- nam , cessare hoc jure. Nec facit , quod textus tauctum faciat mentionem infamie ; cum ra- tio subiuncta , scilicet quod non debet le- galiter infamia sustinere iacturam , quae intra tempus luctus nubens concessa sibi ab Apo- stolis uitius auctoritate , habeat etiam lo- cum in aliis poenis : ut in iisdem sit statuen- dum ex regula , quod legis ratio sit ejusama , & in lege expressa , sit pro lege , obtine- arque in casu simili , alias foret imperfecta. Ita servari tradit Covarr. hic p. 2. cap. 3. §. 9. num. 7. & seqq. Quantum vero ad illas dispositiones , quae potius concernunt provisionem & com- modum liberorum prioris matrimonii , cum non contineant poenam , dicendum , eas etiam hodie servandas esse , quia circa eas nihil dis- posuit lex Canonica ; nec fuit , ut disponeret , cum nihil mali moris involvaret , imo bonis moribus respondeant. Quo modo dispo- sum in lib. Famina , & similib. C. b. t. servan- dum est , ut recte tradit Covarr. d. loco n. 9. Bar- sa ad l. si constantia 25. num. 100. & seqq. D. So- luto matrim. D. Gudelin. De Iure novissim. lib. 1. c. 12.

Iterare itaque nuptias nullo jure prohibi- tum ; non sunt tamen iteratae benedicenda & benedicens puniendus , cap. 1. & 3. h. 2. tum quia sufficit alterius benedictio , que diffundi- tur in alterum , cap. 3. sup. De conser. Eccl. tum quia propter frequentiam benedictionum e- jusdem personae continget rem in contemp- tum trahi. Si tamen sponsa existat virgo , be- nedici eam posse probabile esse tradit. Cov. d. p. 2. cap. 8. §. 11. n. 2. & praxis servari. Quam con- fuetudinem etiam probat Navar. in summa c. 22. num. 83. etiam in casu , quo vir ducit vi- duam , quamvis magis rationabilem judices consuetudinem in casti , quo virgo nubit viduo ; imo nec improbat eam , qua uterque , si viduus fuerit , benedicitur. Non obstante , quod ali- qui volunt consuetudinem circa sacramentalia nihil